

Zeitschrift: Mitteilungen der Antiquarischen Gesellschaft in Zürich
Herausgeber: Antiquarische Gesellschaft in Zürich
Band: 12 (1858-1860)
Heft: 6

Artikel: St. Gallische Denkmale aus der karolingischen Zeit
Autor: Dümmler, Ernst
Kapitel: III: Notker Lantberto fratri salutem
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-378768>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 31.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

confoueri iubeas, oramus Christe audi nos. k
omnes tibi canimus, uniuersi clamamus
uocibus et cordibus, oramus Christe audi nos. trinus
oramus Christe audi nos, Christe Christe audi nos.
40 kyrieleyson canimus, Christe eleyson psallimus. notis.

III.

NOTKER LANTBERTO FRATRI SALVTEM.

QVID SINGVLAE LITTERAE IN SVPERSCRIPTIONE SIGNIFICENT CANTILENAE PROVT
POTVI IVXTA TVAM PETITIONEM EXPLANARE CVRAVI.

- a. ut altius eleuetur admonet.
- b. secundum litteras, quibus adiungitur, ut bene id est multum extollatur uel grauetur siue teneatur belgicat.
- c. ut cito uel celeriter dicatur certificat.
- d. ut deprimatur demonstrat.
- e. ut equaliter sonetur eloquitur.
- f. ut cum fragore seu frendore feriatur efflagitat.¹⁾
- g. ut in gutture gradatim garruletur genuine gratulatur.
- h. ut tantum in scriptura aspirat, ita et in nota id ipsum habitat.
- i. iusum uel inferius insinuat grauitudinemque pro g interdum indicat.
- k. licet apud Latinos nihil ualeat, apud nos tamen Alemanno pro x Greca positum chlenche id est clange clamitat.
- l. leuare laetatur.
- m. mediocriter melodiam moderari mendicando memorat.
- n. notare hoc est noscitare notificat.
- o. figuram suam in ore cantantis ordinat.
- p. pressionem uel prensionem predicit.
- q. in significationibus notarum cur queratur?²⁾ cum etiam in uerbis ad nihil aliud scribatur, nisi ut sequens uim suam amittere queratur.
- r. rectitudinem uel rasuram non abolitionis sed crispationis³⁾ rogitat.
- s. susum uel sursum scandere sibilat.
- t. trahere uel tenere debere testatur.
- u. licet amissa uia sua ualde ueluti uia Greca uel Hebrea uelificat.
- x. quamuis Latina per se uerba non inchoet, tamen expectare expedit.
- y. apud Latinos nihil ymnizat.
- z. uero licet et ipsa mere Greca et ob id haut necessaria Romanis propter predictam tamen r littere occupationem ad alia require in sua lingua zitise require.⁴⁾

1) flagitat verb. Rettig. 2) quur quaeritur verb. Rettig. 3) caespirationis verb. Rettig. 4) requirit verb. Rettig.

Vbicunque autem due uel tres aut plures littere ponuntur in uno loco ex superiori interpretatione maximeque illa, quam de b dixi, quid sibi uelint facile poterit aduerti.

Salutant te Ellinici fratres monentes sollicitum te fieri de ratione embolismi triennis, ut absque errore gnarus esse ualeas biennis, contemptu precio diuitiarum Xerxis.

SVMMAE SANCTITATIS MERITO SVMMI SACERDOTII DECORE SVBLIMATO DOMINO DILECTISSIMO LIVTWARDO INCOMPARABILIS VIRI EVSEBII VERCELLENSIS EPISCOPI DIGNISSIMO SVCCESSORI ABBATIQVE COENOBII SANCTISSIMI COLVMBANI AC DEFENSORI CELLVLAE DISCIPVLI EIVS MITISSIMI GALLI NECNON ET ARCHICAPPELLANO GLORIOSISSIMI IMPERATORIS KAROLI NOTKERVS CVCVLLARIORVM SANCTI GALLI NOVISSIMVS.¹⁾

Cum adhuc iuuenulus²⁾ essem et melodiae longissimae sepius memoriae commendatae instabile corculum aufugerent, cepi tacitus mecum uoluere, quonam modo eas potuerim colligare. interim uero³⁾ contigit, ut prespiter quidam de Gimedium nuper a Nordmannis uastata ueniret ad nos antiphonarium suum secum deferens, in quo aliqui uersus ad sequentias erant modulati, sed iam tunc⁴⁾ nimium uitiati. quorum ut uisu delectatus, ita sum gustu amaricatus. ad imitationem tamen eorundem cepi scribere: laudes deo concinat orbis ubique totus⁵⁾, qui gratis est redemptus⁶⁾ et infra: coluber Ade deceptor. quos cum magistro meo Ysoni⁷⁾ obtulisse, ille studio meo congratulatus imperitieque compassus, que placuerunt laudauit, que autem minus emendare curauit, dicens: singuli⁸⁾ motus cantilenę singulas syllabas debent habere. quod ego audiens⁹⁾ ea quidem, que in ia ueniebant ad liquidum correxi, que uero in le uel in lu¹⁰⁾ quasi impossibilia uel attemptare neglexi, cum et illud postea usu¹¹⁾ facillimum deprehenderim, ut testes sunt: dominus in Syna et mater. hocque modo instructus secunda mox uice dictauit: psallat aecclesia mater illibata. quos uersiculos cum magistro meo Marcello presentarem, ille gaudio repletus in rotulas eos congescit et pueris cantandos alios alias insinuauit. cumque mihi¹²⁾ dixisset, ut in libellum compactos alicui primorum illos pro munere offerrem, ego pudore retractus numquam ad hoc cogi poteram. nuper autem a fratre meo Othario rogatus, ut aliiquid in laude uestra conscribere curarem et ego me ad hoc opus imparem non immerito iudicarem, uix tandem aliquando aegreque ad hoc animatus sum, ut hunc minimum uilissimumque codicellum uestre celsitudini consecrare presumerem.¹³⁾ quem si in eo placitum uestre pietati competero, ut ipsi fratri meo apud dominum¹⁴⁾ imperatorem sitis adminiculo metrum quod de uita sancti Galli elaborare pertinaciter insisto, quamuis illud fratri meo¹⁵⁾ Salomoni prius pollicitus fuerim, uobis examinandum, habendum ipsique per uos explanandum dirigere festinabo.

Pars Liutwarde prior finitur calle sub arto.

commotam cane post terram¹⁶⁾ miserumque profundum
laetitiaque melos sanctique decens habitaclum
atque oculos regi meditare intendere caeli,

1) Ueberschrift fehlt in B. Notker C. 2) iuuenulus D. 3) uero fehlt in D. 4) iam tunc fehlt in C. 5) orbis uniuersus A B C. 6) liberatus B C. 7) isoni D. 8) singule B C. 9) quod audiens A. q. autem aud. B C. 10) uel lu D. 11) uisu A B C. 12) michi A. 13) praesumere B. 14) dominum A B C. 15) meo fehlt in A B C. 16) post terram B.

5 Hierusalem donec merearis scandere celsam,
qua deridebis quondam caendentia flagra
et cum rege tuo gaudebis hic crucifixo.
posterior pratis renitet ¹⁾ cum floribus amplis.

Ego Notkerus indignus coenobiota sancti Galli cum adhuc adolescentulus in quodam antiquissimo Augiensium libro subiecta enigmata legisset quasi pro ludo uel nihili ea computauit. sed cum tempore procedenti libros sancti Augustini legere coepisset et precepit illos de ciuitate dei et inuenirem in qua auctoritate eadem ipse ²⁾ receperisset, nefas putauit, si illa bibliothecę sancti Galli, cui dei gratia multa accumulaui scribere negligendo defrudauerim, cum etiam prius epistolam Ieremie et librum Baruch a peritissimo Ieronimo despectum, sed a ceteris ecclesiasticis usitatum in fine eiusdem prophetę conscribi fecerim.

Si mihi non uultis, oculis uel credite uestris,
uos saltem binas piscis mihi mittite spinas.

Hos uersus Notker Balbulus fratribus Augensibus misit cum fungo, quem mōruch uocant, in angulo apud sanctum Gallum fratrum pyralis in hieme nasci aliquot annis solito. nam cum ipsi assererent in Alahaspach loco suo pisces, quem alant uocant XII palmorum apprehensum loco nomen dedisse, ipse incredibilia narrantibus etiam de sancti Galli loco se mira esse dicturum respondit et supradicti nominis fungum in Ianuario ibi natum se uidisse subiunxit. idque ipsum illi quasi falso locutum illico pari uoce dicentes derisui habebant. sed ipse ut dixi sequenti anno itidem ibi fungo nato dicta factis compensauit fungum mittens et scribens quod supra. causa tamen erat fungi in angulo illo pyralis nasci soliti, quod aqueductus eundem angulum preterfluens rigauit et calor pyralis non nimius, sed caumate aque mixtus illum attigit et fotu tali parere precoquam terram fecit et fungos quidem primitus, mox etiam et gramina quedam uirentia styriis et glatie foris sub diuo rigentibus uapor idem produxit.

VERSVS.

Talia dictat amor, uerus respondet amator,
ingratuus taceat, gratus in alta canat.

VERSVS.

Sospitat incolumis nostratis portio mentis,
an moribunda mali sit fera causa mihi.

VERSVS.

Peior amate meus quondam dilectus amicus,
cur rogo non loqueris ut prius aut melius.
praeterito uersus dederas prosamque loquelandam, ³⁾
hoc anno nulla uerba iugare cupis.

1) renitet B. 2) l. XVIII. c. 36. 3) loquelandam T.

VERSVS.

Auia perlustrans indignas quaerito causas,
peruia qui gradiens summas nanciscerer arces.
atria caelorum lutulenta muto platea,
ararum speciem fugiens discursor hararum.

5 hoc tamen idcirco, quia uos educere quaero
de casulis ad basilicas, de stramine ad aras.

VERSVS.

Tardius inuento citius defraudor ¹⁾ amico,
si tamen hoc ultra nomine dignus eris.
fictio tecta diu tandem deprenditur astu,
nam cuiusque rei corda reuelat amor.

5 laetus abis igitur caros uisere ²⁾ propinquos,
carior illa tibi nonna putatur ibi.

unanimis potius frater reminiscere fratris,
si potes ergo redi, angor amore tui.

10 et mercede carent uota coacta nimis.
otilius nesciit illi ni remeare uelis, non obstat ripa furentis.

Rheni uel Potami litus acerba fremens,
et mercede carent uota coacta nimis.

15 perugil excubitor superans noctemque diemque
te docui potus ³⁾ immemor atque cibi.

omnia deposui tibimet parendo petenti,
at nunc spernor ego, alter amatur homo.

sin magis ille senex odiis agitatus inquis

20 diuisit socios corde furente locis,
tum merore pari lugens et corde dolenti

te sequor et lacrimis strata rigabo tua.

sed quocumque loci, casu quocumque uiabis,
implens cuncta deus te comitetur ope.

25 haec monumenta mei describito corde tenaci,
rumine continuo quae reuoluta legas.

VERSVS.

O species cari cur non ades alma magistri,
o quid fecisti, cur nobis nota fuisti.

1) defruder V. 2) uisere H. uisure ver. Wattenbach uitare Linker. 3) potius V T. potus verb. Linker. inv. (1)

o cur rara uenis, cur nos tardissime cernis,
iam petimus uenias, doctrinam sepius addas,
5 ut tibi centiplices dominus uelit addere grates.
te reuocant pennae, cupiunt membrana uidere.

VERSVS.

Ex phisicis quiddam uobis uolo ponere coram,
quo tandem firmum docti noscatis amicum.
quando per alborem coruorum germina sordent,
hos sibi dissimiles uitant curare parentes,
5 quos ubi plumarum coepit uestire nigredo,
ceu natos proprios norunt pascuntque fouentque,
uos ¹⁾ ferrugineum ²⁾ scio fastidire capillum,
lilia siue rosas spreto captare ³⁾ hiacineto.
non aquilam pullum scitis dimittere suetam,
10 ni solis oculos radiis infigat acutos?
anseris at pullos sequitur gallina per undas.
sic infirmus ego fortes trans equora ⁴⁾ quaero,
sed nisi gallinam coruumue aquilamue imitari
iam nunc suescatis, iam nunc iam uiuite nobis.

VERSVS AD IVVENEM.

Egregio iuueni Salomoni fidus amicus
prospera cuncta modo, regna beata dehinc.
Musa diu latuit speluncis clausa profundis
et requiem petiit ocia longa terens.
5 hanc puer impatiens, quem nos uocitamus Amorem
excitat atque urget, increpat inde tonat:
quid tu tarda iaces et nigra stertis in umbra,
cum tibi thesauri eximii ueniant.
mox illa euigilans conuitia plurima somno
10 dixerat atque hilaris haec tibi dicta canit:
luce magis dilecte mihi contempne laborem,
quem pro me pateris, angeris atque nimis.
expolias alios et me ditare laboras, ⁵⁾
nil tibi conseruas, optima nostra facis.
15 muneribus uestris diues incedo decenter,
audeat ut nullus se similare mihi.
pellicium pulchrum, uillosum, uellere molli
direxit pietas maxima uel bonitas.

¹⁾ quos V. ²⁾ ferrugineum VT. ³⁾ capitare V. ⁴⁾ transequora VT. ⁵⁾ meditare labores T.

diuitias omnes superat, cunctas quoque gazas,
20 quas dederant comites quasque dedere pares.
aurea sordescunt, argentea dona nigrescunt,
 quae capiunt oculos condita per loculos;
hoc decus at memet comitatur nocte dieque
 amplectens seruat, protegit atque fouet.
25 est tactu blandum, calidum nullique secundum,
 frigora depellens, noxia longe fugans;
ceu clipeus firmus defendit et omnia munit,
 omnia membra simul ornat honore suo.
pellibus ex uariis speciem presentat eandem
30 candidulam, nitidam, flore colore parem.
nil fuscum monstrat, nil fuluum reddere nouit,¹⁾
 hic specialis honor regibus esse solet.
est niue candidius, pluma quoque mollius omni,
 uestibus utilius, serica texta spuens.
35 tale quod anxius optauit uotisque rogaui,
 quod deus ad uestrum miserat hinc animum.
quot lanis igitur candet pilisque redundat,
 tot caeli ciues te supra astra ferant. amen.

VERSICVL.

Quot celum retinet stellas, quot terra lapillos,
quot saltus ramos, folia aut quot pontus harenas,
quot pluiae stillas, quot fundunt nubila guttas,
quot fluuius pisces uel sunt quot in orbe uolucres,
5 quot flores prati uel quot sunt gramina campi,
tot tibi prestantes det uirtus trina salutes.

YMNVS DE MIRACVLIS SANCTI STEPHANI IN AFRICA OSTENSIS.²⁾

57 Hec mihi doctor retulit peritus
nomen augusti³⁾ merito retentans,
que tibi presul uenerande Ruodbreht
60 pango tenenda.

ITEM DE MIRACVLIS EIVSDEM IN CISMARINIS PARTIBVS.

37 Eger et balbus uitiisque plenus
ore polluto Stephani triumphos
Notker indignus cecini uolente
40 presule sancto,

1) nouum T. nouit verb. Wattenbach. 2) Item aliis de mir. ipsius in a. o. H. 3) Augustinus.

Flore Ruodbertus iuuenale, qui nunc
cor senum gestans senium beatus
ac piis plenus meritis uidere
promereatur.

45 Pacis optata potiens quiete
hostis et diros superans mucrones,
quem furens misit Boreas fugandum
uel perimendum.

Vt trinitatis benedicta uirtus

50 edibus sacris domibusque cunctis
per preces magni Stephani canatur
tempore longo. amen.

IV.

INCIPIT PROLOGVS SEQVENTIS OPERIS.

p. 300

Simplex trine deus, genitor, sate, spiritus alme,
quem trinum simple, quem simplum regula trine
credendum monstrat fideique expostulat ordo,
in quo personę triplant, substantia simplat,
5 da uotum cordi, sermonibus instrue linguam;
cymbala labrorum concede ut recta loquantur,
fac me uelle bonum iusteque implere cupitum;
imbue corda fide, spem dona, confer amorem,
que tria cui dederis, nil habet hic non probitatis.
10 sed quod postremum ponit catalogus horum,
hoc maius reliquis testatur apostolus ¹⁾ esse,
utpote qua cassus non participauerit ullus
caenam, quam ²⁾ nato regi rex fecit opimam
et qua multimodi sceleris commissa ³⁾ teguntur,
15 qua sine ⁴⁾ uel largitor opum, uel passio si quem
insignem reddit, frustratus merce carebit.
astipulatur huic ⁵⁾ Christi sententia ⁶⁾ uerbo,
qua de mandato scribę dans dogmata primo:
si precepti, inquit, magni uis pondera nosse,
20 affectu toto dominum deuotus amato,
uiribus ex cunctis animaque hunc dilige tota.

1) 1 Cor. 13, 13. 2) Caena. qua H. Luc. 14, 24. 3) 1 Petr. 4, 8. 4) 1 Cor. 13, 3. 5) humic H. huic verb. Canisius.

6) Matth. 22, 37—40.